

## Psalmus responsorius

Ps 22, 1-3a. 3b-4. 5. 6 (R̄.: 1)

R̄. Dóminus pascit me, et nihil mihi déerit.

vel:

Allelúia.

<sup>1</sup> Dóminus pascit me, et nihil mihi déerit:

<sup>2</sup> in páscuis viréntibus me collocávit,  
super aquas quiétis edúxit me,

<sup>3</sup> ánimam meam refécit. R̄.

Dedúxit me super sémitas iustítiae  
propter nomen suum.

<sup>4</sup> Nam et si ambulávero in valle umbræ mortis,  
non timébo mala, quóniam tu mecum es.

Virga tua et báculus tuus,  
ipsa me consoláta sunt. R̄.

<sup>5</sup> Parásti in conspéctu meo mensam  
advérsus eos, qui tríbulant me;  
impinguásti in óleo caput meum,  
et calix meus redúndat. R̄.

<sup>6</sup> Etenim benígnitas et misericórdia subsequéntur me  
óm nibus diébus vitæ meæ,  
et inhabitábo in domo Dómini  
in longitúdinem diérum. R̄.